



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Anglicani n. 34

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

doctrina comparari, esque multò imbecillior, quām vt possis tantum certamen cum tam potentibus aduerfarijs sustinere: vnum lacesteris, mille contra te armaueris, qui te voluminibus obruent suis: neque immeritò in concione maledictis in illos abstineo. Ita ille in Annal. Soc. ann. 1596. fol. 308.

Eorum eie-
ctio soluen-
de obsidio-
nis condi-
tio.

Iij aut ne-
candi, aut
calumnijs
opprimen-
di.

Sedem
Pontifi-
cian ful-
cunt, ac
sustentant.

Moribus
sunt inte-
gerrimi.

Varia de
illis enco-
mia.

34. AB ANGLICANIS, qui obsidionem Anglicanam acriter perurgentes ad cetera hostilia; etiam illud addiderunt: Nullam esse aliam deditonis conditionem, nisi Iesuitis deditis. Idque item ac tertio praecōnis voce pronunciare iusserunt; ut vel hinc apparet, quām inuisum sit Religionis hostibus Societatis nomen. Ita in Annal. Soc. ann. 1596. fol. 492.

35. A CALVINISTIS, qui inter sua dogmata ad suam Seclam propagandam, sequens enumerant: estque in Ordine 15. Iesuitæ, qui se maximè nobis opponunt, aut necandi, aut si id commode fieri non potest, mendacijs, & calumnijs opprimendi. Hac illi dogmate 15. apud Becan. Tom. 1. opuscul. Theologic.

36. A LVTHERANIS Doctoribus, qui in Schola sua picturam monstrabant Pontificis è sede sua ruentis, quem cum alijs quidem sum vero Iesuitæ tibicinibus seu sustentaculis nescio quibus fulcirent: quam cum illam ostendissent Catholico cuiquam, ille pro hac Diabolum Lutherò arridentem, & congratulantem monstrauit. Sic apud Serarium in calce opuscul. de Lutherò Magistro ad lectorem.

37. A GALLICANIS Ministris Hæreticorum à quibus cum quesitum fuisset de vita Iesuitarum, respondisse fertur, De moribus Iesuitarum nihil esse, quod obloqui quisquam posset. Sic Tom. 3. opuscul. P. Becani quæst. Bataanic. num. 13. & in Apolog. Henrici IV. pro Societ.

38. A FEDERICO BALDVINO appellante Iesuitas subtilissimæ subtilitatis homines, Papicolas, Romanos astellos: Fulcræ Cathedræ Pontificiæ, Lutheri, ac Lutheranorum Flagella vocalia. Cuius (idest Societatis) Dux, & Coriphæus Ignatius Loyola prima Germaniæ labes, atque fax Sacra.

Ita